



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XX. Gebhard von Heimburg, Propst zu Salzwedel, bekundet, daß Johann von Döhre eine Marck aus dem Kloster Uelsen an das Kloster Diesdorf verkauft habe, am 25. März 1273.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XX. Gebhard von Heimburg, Propst zu Salzwedel, bekundet, daß Johann von Döhre eine Mark aus dem Kloster Uelsen an das Kloster Diesdorf verkauft habe, am 25. März 1273.

Ego Gheuehardus, Dominus in Heimborgh, Dei gracia prepositus de saltwedele, omnibus presentis pagine inspectoribus cupio esse notum, quod Johannes, dictus de Dhore, vendiderit Claustro sanctimonialium in distorpe vnam Marcam denariorum, quam habebat vite sue temporibus de claustro cenobitarum de Ulsen, cum consensu et vnanimi voluntate abbatis clauatri predicti. Ne igitur huius rei obliuio oriatur, hanc litteram inde scriptam feci Sigilli mei robore communiri. Testes huius vendicionis sunt quorum nomina subsequuntur: Henneke de Dhore, Johannes de vlsen, Bernardus aduocatus, Johannes filius eiusdem, Heinricus de Calene, Bartholdus de Fossa, Johannes et volterus filii sartoris, fredericus de distorpe, filius fororis Domini prepositi de distorpe, et alii quam plures prouidi et honesti. Datum anno Domini M^o. CC^o. LXX^o. III., in annuntiacione beate virginis.

XXI. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß es von Heinrich von Dannenberge und seinem Sohn Otto einen Hof in Weistadt gekauft habe, i. J. 1279.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus, dei gracia prepositus, et Conuentus in Distorp omnibus in perpetuum. Quoniam uarii sunt temporum euentus hominumque tractatus, prouida maiorum adinuenit prudentia, ut omnes eorum idonee dispositiones ad utilitatem spectantes, ne a successoribus ducantur in irritum, uocibus testium et litterarum munimine confirmentur. Inde est quod notum esse volumus uniuersis tam modernis quam futuris, quod nos comparauimus ecclesie nostre pro uiginti quatuor marcis stendaliensis argenti, curiam in villa wizstede, libere cum proprietate et omni iure, a domino Hinrico, filio domini Ernesti de dannenberge et filio ipsius Ottone, tunc temporis nato, Quam pecuniam publice presentauimus in die sancti Martini cuidam burgenfi dicto Thidmaro de Vleffen, presentibus militibus multis et aliis uiris probis et honestis. Si autem aliquis in posterum prefatam ecclesiam nostram in eisdem bonis impedire uoluerit, dominus Henricus mule, dominus Fridericus de iediz, dominus Johannes Crucemannus, dominus Henricus de bodenstede, milites, super eo sicut in fide sua, una cum preposito, ad manus ecclesie promissum receperunt a dicto domino heinrico, domino Gerardo de woztrowe, domino Boldewino de knesbeke, militibus, warandiam prestabunt, ea posita racione, ut si necesse fuerit saltwedele ciuitatem intrent, ibi tam diu permansuri, donec ex consensu et voluntate prepositi et Conuentus ac predictorum militum, liberam optineant absolutionem. Testes huius facti nostri sunt: Dominus Henricus prepositus de Dore, Dominus Luderus sacerdos de noua ciuitate, Dominus Henricus stefowe, Thidmarus de vleffen, Johannes et walterus filii domini walteri, Thidericus aurifaber cannenberche, qui